



**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi  
Et Benè Moriendi**

**Balde, Hendrik**

**Ipris, 1689**

58. Cap. De Inferno.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56447](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56447)

Moleustum est nonnunquam , & peracerbum , conspectu hominis vel ad breve tempus carere : quām amarum igitur erit à Dei infinité pulchri , boni , amabilis , sapientis , atque perfecti , aeternūm arceri conspectu ?

Hoc tormentum , inquit S. Bernardus ; cetera omnia gehenna tormenta superabit .

Satiūs esset , ait quoque S. Chrysostomus , infinita fulgura sustinere , quām illam mitem Christi faciem nos aversantem videre .

## CAPUT LVIII.

### DE INFERNO.

**I**gnis fornacis vehementer licet accensæ : ad ignem inferorum comparatus , non nisi ignis pictus censi ceteri debet .

Attamen si tibi diceretur , nisi dicto citius hoc illudue flagitium perpetræs , aut ejusmodi virtutem exerceas , verbi causâ , nisi pauperi illi in extrema necessitate constituto mox stipendi eroges , manus tua tribus quatuorve horis flammis aduretur : bonum , quod à te exigitur opus , mox præstares , quin imò & flagitium perpetrares , ut tam brevem effugeres poenam .

Intercā

Interea Deus tibi minatur, atque ait: **ō homo, quisquis es!** ego te in flaminis detrudam nunquam extinguendas, nisi quod præcepi, bonum perficias, nisi fugias, quod vetui malum: tu vero, ne que bonum amplecteris, neque malum devitas,rides & jocaris, vitamque agis tam perversam, ac si nulla post hanc vitam subeunda tibi forent tormenta.

Hunc tuum vivendi modum deploras. **Augustinus** hisce verbis (a) Timent cruciatum temporalem, & non timent paenam ignis eternam timent modicum mori, & non timent aeternum mori.

Enim vero, vel rationis usu, vel fide destitutum esse te, manifestum indicium est. Vix enim fieri potest, ut bene quis credat, qui male vivit.

Is vere credit, qui, quod credit, in actum deducit, & qui sic vivit, ut in virtutum exercitium toto pectore incumbat,

## CAPUT LIX.

*De paenis Inferorum.*

**I**Nferorum ignis non modo corpus, verum & animam urit.

(a) *Serm. 18. de verb.* Quæcunque